



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Conciliorvm Omnium Generalium Et Provincialium Collectio Regia**

Ab anno CCCXLVII. ad annum CCCCI.

**Parisiis, 1644**

Titvli Capitvlorvm.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-15256**

ANNO  
CHRISTI  
398.

Can. 22. *sine consilio clericorum.* ] *sine consilio presbyterorum suorum clericos non ordinet, ita ut civium conuentioniam & testimonium. utitur tamen eadem voce Can. 32. absque conuentionia & subscriptione clericorum.*

Can. 27. *utilitas ecclesie sciendum.* ] *utilitas ecclesie poposcerit. M.S. omittit barbarum illud, sciendum.*

Can. 32. *donatio episcoporum.* ] *donatio episcopi, &c. absque conuentionia & subscriptione clericorum, vel comprouincialium episcoporum.*

Can. 43. *honorandum. Etiam & per.* ] *honorandum etiam quotidiani uictus ministerio.*

Can. 44. *nec comam nutriat.* ] *nec comam nutriat, nec barbam radat.*

Can. 45. *& nec uestibus.* ] *& ideo nec uestibus.*

Can. 47. *plateas & andronas.* ] *plateas aut andronas.*

Can. 98. *nisi ipsis iubentibus.* ] *nisi ipsis prouocantibus.*

CONCILIVM CARTHAGINENSE,

<sup>b</sup>NOMINE QVINTVM, ORDINE TEMPORIS  
vero III. <sup>c</sup>ab episcopis septuaginta tribus, <sup>d</sup>circa tempora Anastasii papæ, <sup>e</sup>post consulatum Cæsarii & Attici, sexto Kalendas Iunii habitum <sup>f</sup>(æra 438.) Estque prouinciale.

*Probatum a Leone quarto, d. 20. c. de libellis.*

TITVLI CAPITVLORVM.

- |  |  |
|--|--|
| I. <i>De clericis ad testimonium non pulsandis.</i>  | VIII. <i>De intercessoribus, ne cathedram morientis episcopi diu retineant, sed infra annum sacerdotem prouideant.</i> |
| II. <i>De clericis pro crimine suo damnatis, ut a quolibet non defensentur.</i>  | IX. <i>De defensore ecclesiarum a principe postulando.</i>   |
| III. <i>De sacerdotibus &amp; Leuitis, ut ab uxoribus se contineant.</i>   | X. <i>Ut episcopi ad diem Concilii occurrant.</i>  |
| IV. <i>De rebus ecclesie sine consilio metropolitani episcopi non alienandis.</i>  | XI. <i>Ut lapsis sacerdotibus manus, sicut laicis, non imponatur.</i>  |
| V. <i>Ut nullus episcopus relicta cathedra, in diœcesi resideat.</i>   | XII. <i>De clericis excommunicatis, quamdiu eis asserere liceat innocentiam suam.</i>                                  |
| VI. <i>De his qui nullo testimonio se baptizatos nouerunt, ut baptizentur. Similiter de consecratione ecclesiarum faciendum est.</i> | XIII. <i>De clericis uel monachis ab alio episcopo ordinatis.</i>  |
| VII. <i>De tempore paschali seu Concilii.</i>  | XIV. <i>De basilicis quæ sine martyrum reliquiis dedicata sunt.</i>  |
|  | XV. <i>De idololatris destruendis.</i>   |

Aaaa iij